



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XXVI. Maii. S. Avgvstinvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S** A V G V S T I N U S, Italus, Romanus, Monachus & Præpositus Monasterij S. Andreae Romæ, in cliuo Scauri, missus in Angliam ad illius gentis conversionem, à S. Gregorio Papâ I. cum aliquot socijs Monachis, A. C. DXCVI. cum Edilbertum Cantia Regem sexto post anno sua prædicatione ad Christum adduxisset, Arelatum profectus ab illius sedis Archiepiscopo Etherio, primus Dorovernensis, siue Cantuariensis Archiepiscopus consecratus est A. C. DCII. Præfuit autem eidem Ecclesiæ annis plus minus octo, conversioni infidelium, prædicationibus, & augmentationi Ecclesiarum toto illo tempore semper intentus. Cursu verò peregrinationis suæ laudabiliter, in omnibus sanctitatis operibus expleto, ad Dominum migravit anno DCIX. VII. Cal. Iunij iuxta Ecclesiam Monasterij SS. Apostolorum Petri & Pauli sepultus. *De eo pluribus agunt, S. V. Beda & omnes ver. Angl. scriptores.*



S. AVGVSTINVS CANT. ARCHIEP. ORD. S. BEN.

Hic Anglorum Apostolus Edilbertum Cantia Regem  
Cum suis baptizavit. & obiit miraculis clatus  
anno .DCIX. VII. CAL. Junij

S. V. BEDA

K

LIAM TLXXX

Handwritten notes in red ink on the right edge of the page, including the name 'Benedict' and the Roman numeral 'III'.